

tuam vendis, & facis eam non tuam, sed suam. Habes in potestate vocem Tuam, habeto & animum. Frangis vocem, frange & voluntatem: Servas consonantias vocum, serva & concordiam morum: Cave, ne sicut delectaris altitudine vocis, delecteris elatione mentis. (i) Ante Bernhardum vero AMBROSIVS more suo, i. e. graviter, ac rotunde: Ipsum, inquit, vocis sonum libret modestia, ne cujusquam offendat aurem vox fortior. Denique in ipso canendi genere prima disciplina verecundia est; imo etiam, in omni usu loquendi, ut sensum quis aut psallere, aut canere, aut postremo loqui incipiat, ut verecunda principia commendent processum. (k) Bene illis, qui cum PRVDENTIO gloriari possunt:

*Te mente pura & simplici,  
Te voce, Te cantu pio,  
Rogare curvato genu,  
Te, CHRISTE, solum novimus.*

(i) Loco supra citato p. ad Abb. Armeracensem. (k) Vid. L. II. de Offic. C. XVIII. T. I. f. 13.

## ERRATA CORRIGENDA.

Pag. II. pro 1. Chron. VII. lege XV, 27. ib. pro *odāv* lege *aiāv*. p. 14. lin. 13. lege Müllerus. p. 21. lin. 22. pro *quæ* lege *quas*. p. 36. lin. 20. pro Ebr. V, 21. scribe Ebr. V, 14. p. 48. lin. 22. pro *edidisset* lege *edidit*. Cetera B. L. ipse corriget.

Coll. diss. A. 133, misc.